tamē eſſe nō poteris. cum vt iudex ex tuo of
ficio facere iuſticiā tenebaris. quā non feci
ſti. ſed timore hūano et terreni ꝯmodi amo
re peruertiſti. Tradidit ergo eis chriſtum
per ſententiā diffinitiuā vt crucifigeret̄. O
vos iudices attendatis quotiēs innocentē
ſanguinē effunditis. Quotienſcūqꝫ nanqꝫ
iudicium peruertitis. iudicando ex timore
odio. cupiditate. totiens iuſtum ꝛ innocen
tem chriſtuꝫ ad mortē iudicatis. ꝛ vos ipſos
ad eternā cruciatōem. Auguſtinus. xi. q. iij.
Quicunqꝫ aut cōſanguinitate aut amicicia
vel hoſtili odio vel inimicicijs in iudicādo
peruertit iudiciuꝫ chriſti qui eſt iuſticia. fru
ctum eius vertit in amaritudinē damnatio
nis. ¶ Sentētia igitur data ſigna fiebāt
ſcd̄m conſuetudinē in iudicō ſanguinis per
tubas vel cornua ſicut in aliquibꝫ ciuitatibꝫ
fit ꝑ campanā vt hominibꝫ patefieret. Et tūc
iudas videns ꝙ chriſtꝰ ſententiatus ꝛ dam
natus eſſet ad mortē. ꝯgnitōe ꝓprij ſceleris
ꝛ dānationis penitētia ductus. retulit. xxx.
argenteos principibus ſacerdotū dicens.
Peccaui tradens ſanguinem iuſtū. Sup
quo dicit Leo papa ſentētialiter. ꝙ iudas
chriſtū non deum nec dei filium. ſed tantū
modo noſtre conditōis hominē licꝫ innocē
tem credidit. et ideo miſcd̄iam eiuſ non fle
xit. nec veniam meruit. quia eius omnipo
tentiam non credidit. Ex quo patet ꝙ eius
penitentia nō fuit vera. quia ſolum quādaꝫ
diſplicentiaꝫ habuit abſqꝫ ſpe. De quo no
ta prius. At illi dixerūt. Quid ad nos. tu
videris. id eſt opuſ tuū manifeſtabitur qua
le ſit. nos autem nō curamus ſi peccaſti vel
non. Et proiectis in templo argēteis. abijt
et laqueo ſe ſuſpendit ex deſperatōe. In quo
plus peccauit vt dicit Hieronimus. q̄ꝫ ꝙ
chriſtum vendidit. quia in traditione ꝛ ven
ditione directe peccauit contra chriſti bōi
tatem. Ex deſperatione autē contra eius
diuinitatē. quia contra eius miſericordiam
Et iudei nolebant illud precium ponere in
corbanā id ē̄ i burſam ad quā ponebant ob
lationes templi ꝓ reparatōne et alijs neceſſa
rijs. Corban enim hebrayce. dicitur oblatio
latine. Et inito conſilio. emerūt ex eo agrū
figuli. Quia ille homo cuius fuit ager erat
figulus. et illa terra erat apta ad ficilia va
ſa et in ſepulturam. Et quia ex precio ſan
guinis emptus eſt vocat̄ ager ille acheldé
mach. id ē̄ ager ſanguinis in hodiernuꝫ di
em. Qd̄ ꝓphetatum fuit per Hieremiā di.
Acceperūt. xxx. argenteoſ ꝑciū appreciati. i.
ꝑcium xp̄i venditi. quē appreciauerūt a filijs
iſrael. qꝛ iſtud ꝑciū fuit inſtitutū inť iudam
et ſacerdotes qui erant de filijs iſrael. et de
derunt eos in agrum figuli. id eſt pro agro

Hic nota de raptoribꝫ. vſurarijs. ⁊ alijs q̄
ex illicitis acquiſitis faciūt elemoſinas. Et
cum Jheſus eſſet ad mortē condemnatus.
et p̄ ſonitum tubarū vel aliorū inſtrumētorū
innotuerat Marie meſtiſſime. cucurrit cum
magdalena cito ad audiendū ⁊ videndum
quō eſſet de filio. Et ſm̄ q̄ſdam puenientibꝫ
ad quandā plateā. p̄co quidā tuba ſonuit.
Et maria ad magadalenā. O dilecta mag
dalena. qd tuba illa velit. forte reuocata eſt
ſententia mortis filij mei. Et ipſe clamauit
ex parte cayphe ⁊ pylati ⁊ omniū principum
ſacerdotū dī. Precipio omnibꝫ magnis et
paruulis vt ſtatim vadant ad montē calua
rie. videndo crucifigere peſſimū ſeductorē
filium Marie. O quantus dolor in corde
virginis tunc extiterat. quē certe nullus pre
magnitudine poſſet enarrare. ¶ Tunc iu
dei ⁊ miniſtri Pylati acceperūt Jheſum tanq̄
malefactorē condemnatū. ⁊ crucem magnā
ad hoc paratam de cedro cypreſſo ⁊ palma in
longitudine quīdecī pedum. enormi crude
litate ſup̄ ſcapulas eius poſuerūt. et funem
in collo et ad maiorē confuſionē alios etiā
duos latrones aſſociatos extra ciuitatem
eduxerūt. Jheſus autē ꝓpter multas tribu
lationes ⁊ plagas quas tota nocte ſuſtinuit
intantū debilitatus eſt. q̄ crucem pondero-
ſam portare nequiuit. Quare ſm̄ Lucam.
Apprehenderūt quēdam ſymonem de ciui
tate ſyron natum. patrem duorū diſcipulo
rum. ſcꝫ Alexandri ⁊ Ruffi. Et hunc cōpu
lerunt crucē portare poſt Jheſum non cau
ſa compaſſionis. ſed vt eo citius ad locū
paſſionis venirēt. et ſuam maliciā ꝯplerent
¶ Anſhelmꝰ. O maria quid tunc factum
eſt cū filio tuo benedicto. Maria dixit. cum
educeretᷣ filius meus dilectus cū duobus
latrōibꝫ extra portā ciuitatis. cum ingenti
preſſura. volui etiā ſequi ⁊ videre filiū me
um. nec valui p̄ magnitudīe populi q̄ oīs
ad obprobriū filij mei dilecti ꝯuenerāt. Tā
dem vna cū magdalena deliberata p̄ quan
dam viā adiacentis platee circa quendam
fontē cucurrimus vt illi obuiā veniremus.
Tunc venit dilectus filius meꝰ conſputus
deformatus ⁊ oppꝛeſſus maximo dolore. qui
me intuens benigne ſub graui cruce inclina
uit. dicens. Aue mater. Et ego feſtinanter
accurrens. amplexando ⁊ oſculādo. Unus
de miniſtris qui prius in domo Anne Jhe
ſum p̄cuſſit. manū leuauit ⁊ me in maxillam
percuſſit vt in terrā caderem. ⁊ ſtatim manꝰ
percutientis aruit quā filiꝰ meꝰ curauit. Se
q̄bat̄ autē eum turba multa. aliqui ad vidē
dum. aliqui ad plāgendū. quidam ad deri
dendū. Et mulieribꝫ cum plangētibus. di
xit. Filie iheruſalem nolite flere ſup̄ me. ſcꝫ
meā mortem. quaſi diceret. cito reſurgam.
ſed flete ſup̄ vos. ſ. ꝓpt̄ mlt̄a mala que cito
venient vobis. ⁊ ſup̄ filios veſtros genitos
et generandos ꝓpter peccata veſtra quoniā
veniet dieſ. ſ. obſidionis iheruſalē ꝓpt̄ mor
tem meā in te. ſcꝫ poſt quadragintaduos an
nos in quibuſ dicetis. beate ſterilee. q̄ tunc
ſcꝫ agiliores alijs fugere meliꝰ poſſūt q̄ȝ gra
uide. et ventres q̄ non genuerūt que minꝰ
anxiate erunt. quia mulieres habentes pue
ros in obſidiōe multū dolebunt. nō tantū
ꝓpter ſe. ſed etiam ꝓpter pueros. Joſephꝰ
Poſt paſſionē chriſti ad vindicandū mor
tem eius infra. xlij. ānos venit exercitus ro
manorū. ſcꝫ Tytus ⁊ Veſpaſianus. ⁊ ſubi-
to circūdederunt iheruſalem. ad quā ꝓpter
feſtum ex diuerſis regionibꝫ decies centena
milia hominū conuenerāt. et ob hoc ſtatim
fames ꝓpter mltitudinē populi facta in ciui
tate iheruſalem quaſi in carcere detinebātᷣ.
Unde idem Joſephus refert. q̄ multitudo
populi magna extincta eſt fame. ymmo cin
gulos. calciamēta et corrigias de ſcutis tra
ctas comederūt. nec pudor fuit tunc homi
num ſoleam pedis ore ſuſcipe ⁊ lingua lam
bere. Ibi mulieres vrgente fama proprios
pueros comederūt. ⁊ qui huiuſmōi habere
non poterāt fame mortui ſunt. ⁊ clades ine-
narrabiles ꝓpter cadauera ⁊ aeris corruptō
nem patiebantur. Et vt dicit nonagintaſe
ptem milia venditi ſunt iudeorū triginta p̄
vno denario. ſicut ipi chriſtū vendiderūt p̄
xxx. Et vndecies centena milia perierunt
fame ⁊ gladio. Et tunc implebatᷣ prophetia
xpi de anguſtijs ciuitatis iheruſalem. Tūc
poterāt dicere montibꝫ cadite ſup̄ nos ad
opp̄mēdū. ⁊ collibꝰ operite noſ. ⁊ ꝓtegere nobiſ
latibulū. Sꝫ hꝰ fletus ⁊ āguſtie ſcribit tonē

ſanctus Lucas. ſcꝫ ꝙ ſi in viridi ligno hoc
faciūt. in arido quid fiet. quaſi chriſtus di.
Si ꝯ me qui ſum quaſi lignū viride et fru
cuferū. et non dignum ad abſcindendum.
prolata eſt ſnīa mortis cōtra iuſticiā vt cru
cifigar. et ſic ꝓcidar a terra. quid ergo fiet
ꝺ vobis aridis iudeis. qui eſtis quaſi aridū
lignū ⁊ īfructuoſum. dignū ad ꝓſcindēduꝫ
et cremandū. niſi ꝙ iuſte ꝯ vos dictabitur
ſententia ſeuere punitiōis. ⁊ amare ꝓſciſio
nis ab hac vita. ⁊ tandē preſcindamī ab ar
bore vite q̄ eſt dn̄s deus ⁊ in ignē eternum
mittemini. ¶ Poſtq̄ veneꝛt ad locuꝫ cal
uarie. qui eſt locꝰ fetidꝰ. cadaueribus plenꝰ
nudaueꝛt Iheſum totaliter veſtibꝫ ſuis cū
violentia. vt pellis ſua priꝰ vulneribꝫ cruen
ta. et pilis veſtimētoꝝ implicata. renouatis
vulneribꝫ grauiorē dolorē priori tunc pate
retur. Bern̄. heu heu qui celum veſtiuit di
uerſis luminibꝫ. an̄ crucē exuitur nudus. Pꝰ
hoc ad crucē in terra iacētē ꝓſtratus. ſua di
gniſſima mēbra funibꝫ extenderūt. iuxta illd̄
ps. Funes extenderūt in laqueū. Et clauum
groſſuꝫ in manu eiꝰ ꝑcutiebant adeo ſpiſſū
ꝙ ſanguis emanare non potuit. ita vulnus
clauo implebatr̄. Et tūc aliud brachiū extē
derunt ⁊ extraxerūt. ⁊ ꝯſimilē clauuꝫ infixe
runt. Poſtea ad pedes q̄s fortiter traxerūt
quia foramīa pedum vt dicitr̄ ad tres pedes
et manū diſtabāt et etiam clauo colligabāt
Et ſic implebatr̄ illd̄ pſalmiſte. Foderūt ma
nus meas ⁊ pedes meos. ſ. nimia extenſiōe
mēbroꝝ. ⁊ dinumerauerūt oīa oſſa mea.
Poſt hoc crucē erexerūt. ⁊ violenta intru
ſione foramini lapidis impoſuerūt. ex qua
violentia vulnera tūc rupta de manibꝫ ⁊ pe
dibus riuuli ſanguinis abundantr̄ effluxerūt
Iheſus ergo ſic clauatus ⁊ leuatus. corpus
ponderabat plicabantr̄ tibie. brachia exten
debantr̄. caro frangebatur. caput inclinabatr̄
et totū corpus affligebatr̄. Vn̄ bern̄. in q̄dā
ſmone loquitr̄ in ꝑſona xp̄i di. O hō vide
que ꝓ te patior. Eſt ne dolor ſicut q̄ crucior
ad te clamo q̄ ꝓ te morior. Vid̄ penas qui
bus afficior. vide clauos q̄bꝫ fodior. cuꝫ ſit
dolor tantus exterior. intus ē tn̄ planctꝰ gra
uior. cū te taꝫ ingratū experior. Pendēte ihū
ſic in cruce. ſcripſit pylatus titulum lr̄is gre
cis. hebraycis ⁊ latinis. Iheſus nazarenus
rex iudeoꝝ. vt ab omnibꝫ de diuerſis mundi
partibꝫ illuc ꝓpter feſtū paſce venientibus
poſſet legi. De quo pontifices indignati py
lato dixerūt. Noli ſcribere rex iudeoꝝ. ſed q̄
dixit rex ſum iudeoꝝ. Sed pylatus dixit.
Qd̄ ſcripſi ſcripſi. q. d. factū eſt et ſtabit.
Milites ergo ſcꝫ miniſtri ⁊ apparitores ꝓſi
dis pylati. quibꝫ incumbebat exequi ſnīaꝫ
iudicis. quoꝝ ꝯmuniter ſūt veſtes dānatoꝝ
cum xp̄m crucifixerūt tanq̄ cupidi acceperūt
ſibi veſtimēta ⁊ fecerūt quattuor partes vni
cuiq̄ militi ꝑtem. ſ. de tunica alia ab illa tu
nica inconſutili. Xp̄s enī duas tunicas ha
buit. vnā quā diuiſerunt in. iiij. partes vni
cuiq̄ militi ꝑtē. ſ. de tūica. aliam ꝟo incōſu
tilem integrā relinq̄ntes. dixerūt ad inuicem
Non ſcindamꝰ eā. ſed ſortiamur ꝺ ea cꝰ ſit.
Inconſutile ē qd̄ nō eſt ex ꝑtibꝫ conſutum
ſed ꝯtextū ꝑ totū ad moduꝫ cyrothece. ſic
fuit illa tunica. et tali veſtimēto tūc vtebantr̄
paleſtini. Et dicūt quidā matrē dn̄i eā feciſ
ſe. que creuit iuxta menſurā xp̄i. De hac ve
ſte miſerūt ſortem vt impleretr̄ ſcriptura. par
titi ſunt ſibi veſtimēta mea. ⁊ ſr̄ veſtē meam
miſerūt ſortem. Hic nota de luſoribꝫ. qui lu
dunt doloſe cuꝫ ſimplicibꝫ. ſpoliantes eos
veſtibus ⁊ alijs. et ſpecialiter de illis qui in
ſacratiſſima nocte vigilie natiuitatis noſtri
ſaluatoris ludunt. hi ludūt ſuꝑ veſtes xp̄i.
et ſpoliant chriſtū honore ⁊ gloria. quibꝫ a
chriſtianis ſpecialiter in eadē nocte veſtiri
deberet. hi ſunt peiores diabolo. iudeis vel
paganis qui deum ſuū honorant et tremūt
⁊c̄. ¶ Stante igitur Iheſu in cruce quatu
or genera hominū ſuis blaſphemijs eum in
uaſerunt. Primo turbe ⁊ populares. capita
ſua mouētes. in eius deriſionē dicentes.
Vah qui deſtruis templū dei. vah eſt inte
iectio. inſultantis ſeu deridentis. ſicut vul
gariter dicitr̄. pfudich Eſ tu ille qui deſtru
is templum dei. quaſi diceret. dicis ꝺ teip
ſo ꝙ poſſis deſtruere templū dei. ⁊ virtute
propria redificare illud in tribus diebus.
Salua teipſum ſi tante potentie es. ⁊ deſcē
de de cruce et credimus tibi. Mentiuntur.
quia maiora viderūt et tamē non credide
runt. Secundo principes deriſorie dixerūt
Alios ſaluos fecit. ſeipꝫ n̄ pōt ſaluū facere
q. d. Nō eſt verū ꝙ aliquem ſaluum fecerit

q2 ſi poſſet talia facere. etiã ſeipm ſaluaret.
Si nũc rex iſrael ẽ. ⁊ meſſias pmiſſus vt di
xit deſcendat de cruce. confidit in deum q̃ſi
amicus amico. vel fili⁹ patri. ſi ergo ẽ amic⁹
vel fili⁹ dei liberet eũ ſi vlt. Tercio milites
pylati dixerũt. Si tu es rex iudeoꝝ ſaluũ te
fac. ſ. a morte deſcẽdẽs d̃ cruce. Xp̃s aũt hec
obprobria oĩa paciẽt̃ ſuſtinuit. et qđ ma
gis eſt prẽm p eis orauit d. Pr̃ dimitte ill̃
quia neſciũt qđ faciũt. Hoc erat pmũ vbũ
xpi in q̃ docemur iniurias remittere. ſi q̃s vo
luerit q deus remittat ſibi pctã ſua. Mat.
Dimittite ⁊ dimittet̃ vobis. In orõne pe
timus. Dimitte nobis debita nr̃a. ſic̃ ⁊ noſ
dimittim⁹ ⁊c̃. Inſup xp̃us a latrone q̃ ad
latus eius ſiniſtꝝ pependit blaſphemat̃ di.
Si tu es xp̃s qđ ñ credo. ſalua teipſꝫ ⁊ nos
ſcꝫ corpaliter. Hũc latronẽ ſoci⁹ ſuus dext̃
increpauit dicẽs. Neqꝫ tu times deũ. ſic̃ nˢ
iudei nec milites romani. ⁊ ergo in ead̃ dã
natõe es tu cum eis. Nos q̃dem qui ſumus
malefici ⁊ latrões. iuſte ſupple ſumus in hac
dãnatõne. hic aũt iniuſte hec pat̃ q2 nihil
mali geſſit. Et vertebat ſe ad Iheſuꝫ meli⁹
quo poterat d. Memẽto mei dñe dũ veneꝛ
in regnũ tuũ. Quis ei hũc docuit. q̃s infor
mauit vt ꝯpendentẽ cognoſceret. et eum p
ſalute eterna inuocaret. Certe doctor pieta
tis qui neminẽ vult dãnare ſed oẽm hoiẽꝫ
ſe ad eum p pniam ⁊ inuocatõem ꝯuertẽrẽ
vlt ſaluare. hic eñ inſtruxit interius. quẽ tã
paciẽt̃ viderat pati exteri⁹. Ideo rñdens ei
iheſus. loq̃ns ſcđm vbũ d. Amẽ dico tibi
hodie mecũ eris in padiſo. O q̃ꝫ pius ⁊ mi
ſericors eſt dñs nr̃ oĩb⁹ inuocãtib⁹ eũ in ve
ritate. oẽs exaudit nullũ deſpicit. latronẽ
pie ſuſcepit. ⁊ peccata ei dimiſit. Noli ergo
o peccator tardare. noli deſpare. ſi cupis cũ
chriſto ſaluari. clama cum latrone. Memẽ
to mei dñe. ⁊c̃. Stantib⁹ ergo iuxta cru
cem Maria matre dñi. maria cleophe ⁊ ma
ria magdalena. mr̃ doloroſa dum vocẽ ſua/
uiſſimam filij audierat p peccatorib⁹ orantẽ
et crucifixorib⁹ ⁊ latroni remittẽtem gladi⁹
doloris maternũ cor ipſius ſcindebat. q ei
nihil dicebat. Nõ dilectus Ieſus in cru
ce aduertens. vt eius dolorem mitigaret. i
dicit ei terciũ verbum. Mulier ecce fili⁹ tu
us. O bone iheſu cur dulciſſimã mrẽm tuã

ſic rude alloquẽris ſic di. mulier. cur nõ di
cis mater dilecta. cum cor maternũ ibi ve
hementius vulnere doloris pateretur. Vere
quia tunc nõ erat tempus dulciter loq̃ndi
nec nomẽ matris exponendi. quia ſi virgis
nomẽ matris amoris ãmonuiſſet. forte cor
virgineũ ⁊ maternũ crepuiſſet. Dicit ergo
mulier ecce filius tuus. quaſi diceret vſqꝫ
nunc fui tibi in obſequiũ. ſed de cetero Io
hannes tibi deſeruiat. Deinde dixit iohan
ni. ecce mater tua. q. d. mater mea ſit mr̃ tua
honorando. amãdo et curam habendo. Et
ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſuam
ſcꝫ matrẽ ⁊ curam. O anima fidelis cogita
quãtis ſingultibus tũc idem pectuſ virgine
um fuit paſſionatũ. Nam tunc ſine dubio
paſſionis gladio amplius. q̃ꝫ ſi in corpe pa
teretur pprio fuit tranſfixum. dicere bene po
tuit. O qualis cõmutatio dimittere regem
glorie et accipe filium piſcatoris. Hic
inſtruimur qualiter de parentib⁹ noſtris cu
ram habere debeamus. nõ ſolum in vita. ve
rum etiã in morte et poſt mortem. et tamen
aliqui min⁹ faciunt. qui maiora a parentib⁹
receperunt. Conſiderãs ergo Iheſus ma
ximũ ſui cordis et ſue matris dolorẽ. et q
paſſio ſua in multis deberet fruſtrari. q̃ ſuffi
ciens fuiſſet pro infinitis mundis. ſalutem
omniũ hominũ deſiderans. dixit quartum
verbum. Sitio. hoc tamẽ non ſolũ naturali
modo. ſed etiam ſpũali ſenſu intelligenduꝫ
eſt. Naturaliter eñ ſitiuit. quia tantũ p to
tam noctẽ ſuſtinuit et laborauit. et tantũ de
ſanguĩe effudit. q ꝓpter defectum humidi
naturalis multũ ſitiebat. Maxime tamẽ ſi
tim exprimebat ſpũalẽ. vt oſtenderet quan
tum noſtrã fidem ⁊ animaꝝ noſtrarum ſalu
tem ſitiret. O verbum ineffabile. et cũctis
ſeculis admirabile. creator celi ⁊ terre atqꝫ
maris fons ortoruꝫ. puteus aquarũ viuen
tium. qui omniũ gratiaꝝ fluentis redũdat
clamat hodie ſitio. O virgo mater clemẽ
tiſſima que olim infantiam filij ita lactaſti
vbere de celo pleno quomodo ſuſtinere po
tes q vnigenitus tuus clamat et di. Sitio
O pie domine. o Iheſu benigne. quid ſitis
aut ad quid ſitis. Sitio inquaꝫ ad patrẽ. ſi
tio ad mrẽm. ⁊ ad oẽs. q̃ in circuitu meo ſũt
Sitio inqꝫ ad te prẽm. vt hodie ꝛſpicias d̃

excelſo glie me in me filiū tuū. cū latronib9
morte turpiſſima ꝯdēnatū vt ſanguine et
aqua de latere meo ꝓfluētib9 extinguere di
gneris flāmeū gladiū quē collocaſti ad cu
ſtodiendū viā ligni vite. ut oib9 ī me credē
tib9 et penitentib9. pateat liber introitus ī re
gnū meū. O bone iheſu. ſitis ne ap̄li9. Si
tio ampli9 ad te O mr̄ dulciſſima. o fili mi
p̄cordialiſſime qd ſitis ad me. vn̄ te ſaluare
potero. de cellario. an de torculari. ſi ſufficit
aīe me de torculari cordis mei potū dabo
tibi in lacrimis ſine menſura. Ihūs. Sitio
ad te mr̄. vt ſpes reſurrectōis mee q̄ in cordi
bus oīm fidelium meoꝝ deſitatiōis turbine
quatit̄ ſaltē in corde tuo anchora ſola certi
tudinis ſolidet̄. Sitio etiā ad vos oēs q̄ trāſi
tis ꝑ viā vt attēdatis ⁊ videatis ſi ē dolor
ſic̄ dolor me9. vt ꝑ ꝯpaſſiōꝫ corda vr̄a ſcida
tis. qꝛ hodie ſciſſum ē cor meū ⁊ corp9 meū
ꝙ a planta pedis vſqꝫ ad verticem n̄ eſt ſani
tas in me. Fundite ergo ex vaſe cordis la
crimas. ne fruſtra laborauerim ex q̄b9 me de
lectabilē potatis. Et tūc vas erat ibi poſitum
aceto plenū. Illam vt dicit nicolaus de lyra
ſuꝑ illo verbo ꝓuer. xxxi. Date ſiceram. id
eſt potū inebriatiuū merentib9. ⁊ vinū his
qui amaro ſūt aīmo ut bibant ⁊ obliuiſcant̄
egeſtatis ſue. ꝙ occaſione hoꝝ v̄boꝝ ſenio
res iudeoꝝ ſtatuerāt. vt condēnatis ad mor
tem darent̄ vinū aromaticū ad bibendū. vt
eo facilius tolerarēt paſſionē. Sed tunc in
iheruſalē matrōe deuote erāt. que hoc vinū
dabant ex deuotōe. Iudei āt beſtialitate et
crudelitate moti. illud vinū datū ꝓ xp̄o. ⁊
alijs duob9 crucifigendis bibert̄. et loco h9
poſuerūt acetū felle mixtū. et ſpongeā plenāꝫ
illo aceto mixto yſopo. i. ligno ſeu ſtipiti iſo
pi circūponētes obtulerūt ori eius. Et dum
modicū guſtaſſet vt ꝓphetia ipleret. noluit
bibere. Et dū cognouiſſet oīa facta eſſe
que ad op9 redēptōis neccīa fuerāt. ſubiūxit
quintū v̄bū d. Cōſūmatū eſt. ſupple oē qđ
ſcriptū eſt de mea paſſione. Ut ergo nobis
mōſtraret ei9 dolorē. ꝙ n̄ ficte ſed vere ſm̄
hūanā naturā doluiſſet. nec aliquā ꝯſolatōꝫ
deitatis interim ꝯceſſā ad ſenſualitatē habu
iſſet. Exclamauit voce magna ad prēm di
cens ſextū verbū. Hely hely lamazabathba
ni. qđ ē interp̄tatū de9 me9. de9 me9 vt qđ d
reliq̄ſti me. Sꝫ dicis. quō hoc eē potuit. vt
deus pr̄ filiū dereliquerit in cruce paſſiona
tum talit̄. Dico ſm̄ magiſtꝝ. iij. ſniaꝝ. ꝙ nō
reliquit eū ꝑ ſeꝑatōem deitatis ab hūanita
te. quia qđ xp̄s ſemel aſſumpſit nūqꝫ dimi
ſit. dereliquit āt filiū ꝑ ſubtractōem refrige
rij ⁊ conſolatōis in ſenſualitate ſiue portōe
inferiori. Fuit eñ ſenſualitas ⁊ portio inferi
or totaliter derelicta ſiñ oi ꝯſolatōe. ⁊ ergo
amariſſime doluit ⁊ in oībus mēbris dolo
rē ſenſit. Uñ dicit mgr̄ ſuꝑ illo v̄bo. de9 me
us ⁊c̄. Seꝑauit ſe diuitas. qꝛ ſubtraxit ꝓte
ctōem. ſed non ſoluit vnionē. ſeꝑauit ſe fo
ris vt nō adeſſet ad defenſionē. ſed non in
tus defuit ad vnionē diſ. xviij. Xp̄us igit̄
in omnib9 mēbris amariſſime dolēs clama
uit hely. quod verbū quidā de circūſtātib9
non intelligebāt. Ideo dicebant. Ecce he
liam vocat ille. ſinite videam9 ſi veniat heli
as ad deponendū eum. Iheſus autē vt mo
riens teſtamentum ꝓ parte inceptum lega
ta pia matre diſcipulo dilecto. et veſtibus
crucifixoribus concludēdo animā ſuaꝫ om
nibus digniorē deo patri legauit dicens ſe
ptimum verbū. Pater in man9 tuas ꝯmen
do ſpm̄ meum. Et inclīato capite emiſit ſpi
ritum. Dicat quilibet deuote pater nr̄. Et
tantū de ſcđa parte.

Sequit̄ tercia ps.

# Et tenebre facte

ſunt ⁊c̄. Sicut eñ ſaluator nr̄
in ſex dieb9 noſtraꝫ compleuit re
demptōem. ſic ſex ſignis oñdit deitatis veri
tatem. ⁊ oīm creaturaꝝ ſubiectōeꝫ ⁊ omniū
factoꝝ ꝓteſtatōem. Dicitur igr̄ ꝙ moriēte
dño tenebre facte ſunt a ſexta hora vſqꝫ ad
horam nonam per vniuerſā terram. ſ. iude.
Et nō alubi ſcđm Nicolaū de lyra. qꝛ eclip
ſis nō pōt ſic vniuerſal̄ eē. ⁊ accipit̄ hic ps
ꝓ toto. de q̄ h̄r Lu. Congruū nanqꝫ fuit ꝙ
ſole iuſticie patiente. material̄ ſol ꝑderet lu
men ſuum. vt p̄dictum fuit Amos. viij. In
die illa occidet ſol in meridie et tenebreſce
re faciam terram in die luminis. Tunc eñ
ſol factus eſt niger tanqꝫ ſaccus cilicinus.
Apocalipſis. vi. Sed que ſit cauſa illius
eclipſis. Dicitur ibi ꝙ non fuerit natu
ralis. cum luna illo tempore fuerit plena.

Sz ſm Dyoniſiũ in epiſtola ad Policar/
pum. Tenebre ille fuerũt facte p interpoſitõ
nẽ lune int̃ terrã ⁊ ſolẽ di. ꝙ vidit hoc tunc
tpis in egipto exñs. vbi ẽ tãta aeris puritaſ
ꝙ rariſſime fiunt ibi nubes ⁊ pluuie. ꝓpt̃ qd̃
talem ↄiunctõem ſolis ⁊ lune ibi meliuſ po
tuit videre. Uidit ergo vt ſcribit lunaȝ ab
oriente aſcẽdere verſus meridiẽ. ⁊ ſuppone
tem ſe dyametraliter ſoli. et ſic eũ eclipſare
Et mgr̃ hiſto. dicit. ꝙ athenienſes vbi tũc
viguit ſtudiũ. q̃rentes cãm haꝝ tenebrarũ
⁊ nõ inueniẽtes. q̃rebant a Dyo. valentio
re doctore eiuſdẽ vniuerſitatis Quibꝰ ipe
rñdit di. Aut elemẽta mẽtiũtur. aut deus na
ture patit̃. Qua rõne moti. ad honorẽ ipiꝰ
dei ignoti aram feceñt. d̃ qua ht̃. Actu. xvij
De illo deo ignoto loquit̃ bartho. brix. di.
xxxvij. c. turbat i gloſa. dic̃. legit̃ ꝙ cũ pau/
lus veniſſet athenas. vidit arã ignoti dei. in
qua erat ſcriptũ. hec ẽ ara dei ignoti in q̃ vi/
uimꝰ mouemur ⁊ ſumꝰ. A qua ſcript̃s apl̃s
incepit p̃dicatõeȝ ſuã. ⁊ apuit illis athenie
ſibus ſenſum ſcripture. ⁊ p ↄñs de deo nr̃o
et dño dicẽs. Quem vos dicitis ignotum
ego p̃dico. Et ideo tunc Dyoniſiꝰ ariopa/
gita videns quẽdam cecũ tranſeuntẽ dixit
illi. Si illumiaueris hũc cecum coram me
credam in deũ. Et ſtatim inuocato nomine
crucifixi eſt illuminatus. Et ille credidit ⁊c̃
Spũaliter. omnis chriſtianꝰ in ſignũ vere
compaſſiõis illo die obſcurare debet ⁊ pde
re lumẽ exterioris ornatus ⁊ vaĩtatis. et p
humilitatis veſtẽ aliquã hodie oñdat xp̃o
honeſtatem ⁊ compaſſionẽ. Ad qd̃ hortat̃
apl̃us ad Ephe ſios. iiij. Jam non ambule
tis ſicut gentes ãbulãt in vanitatib; ſenſus
ſui. Scd̃m ſignũ eſt veli templi diruptõ
De quo habet̃ Math. xxvij. Uelum tem/
pli ſciſſum eſt. Duo eniȝ fuerũt vela in taber
naculo mõa ſm p̃ceptum dei. Exodi. xxvi.
Unũ interius qd̃ velabat ſancta ſanctorũ.
Aliud exterius qd̃ diſtiguebat inter pplm
et ſacerdotes. et illd̃ ſm Origenẽ. paſſiõis
tpe fuit ſciſſum. p qd̃ miſtice d̃ſignabat̃ ſcri
pturaꝝ occulta reſeratõ. ⁊ pplm admitti ad
ſpũalia capeſcẽda. Spũaliter. velum illud
verecundiã in hoĩe deſignat. que moderno
tempe eſt ſcindẽda. vt nullꝰ de cetero erube
ſcat peccata ſacerdoti detegere ⁊ confiteri.

Sed quilibet cũ pſal. dicat. Delictũ meũ
cognitũ tibi feci ⁊c̃. Terciũ fuit terremo
tus ⁊ cõmotio. Math. xxvij. terra mota ẽ.
preuiderat ſe eñi receptur̃a quẽ celi cape ñ
poterãt. De q̃ ꝓpheta dic̃ Cõmota ẽ ⁊ ↄtre
muit terra. Spiritualr̃. terra ẽ cor peccato
ris. inſtar terre ſiccũ ⁊ aridũ ſiñ hũore gr̃e.
frigidũ ſine calore caritatis. tardũ ⁊ groſſũ
ad bene volendũ. Illd̃ dȝ conſiderare ama
ritudinẽ paſſionis xp̃i et ↄtremere p ↄtritõ
nem ne amaritudo xp̃i in amaritudinẽ eius
aĩe et eternã dãnatõem ↄmutet̃. Paueat
igr̃ et contremiſcat cor pctõris. et dicat illd̃
Iere. xxiij. cõtritũ eſt cor meũ et in medio
mei contremuerũt omĩa oſſa mea. Quar
tum fuit petraꝝ ſciſſio. Math. xxvij. Petre
ſciſſe ſunt. Nec miꝝ cuȝ petra firmiſſima ho
die pateret̃. In quo verificatũ eſt illud. iij.
regũ. xix. Ecce dñs tranſijt. ſ. per morteȝ. et
ſpũs grandis ⁊ fortis ſubuertens montes
et conterẽs petras. Spũaliter petre ſũt pec
catores obſtinati et idurati malicia. qui ſal
tem illo tempe ſcindi debẽt ⁊ penitere. quia
ſi ſanguis calidus hirci duꝝ lapidem mol/
lificat et frangit. multo fortius ſanguis xp̃i
calidiſſimꝰ feruẽtiſſimo amore ꝓ pctõribus
effuſus hodie p aures inſtillatus corda dȝ
emollire obſtiatoꝝ ⁊ frãgere. et ↄſciam coꝝ
mundare. De q̃ p̃me Johãnis. i. Sãguis
Jheſu xp̃i emũdat conſcias nr̃as ab omni
pctõ. Quintũ fuit monumẽtoꝝ aptio ma
thei. xxvij. Monumẽta apta ſunt. In ſignuȝ
ꝙ ſcti pr̃es a carcere lymbi erãt paſſiõe xp̃i
liberati. de q̃ dicebat̃ ezech. xxxvij. ecce ego
apiam tumlos vr̃os et adducã vos d̃ ſepul
cris vr̃is pple meꝰ et inducã vos i terrã iſrl̃
id ẽ viſionis hrĩfice. Sic monumẽta ↄſciaꝝ
vbi cadauera peccatorũ latent. p cõfeſſionẽ
aperiri debent. Iere. iiij. laua a malicia cor
tuum iſrael. vt ſalua fias. Sextum fuit
mortuoꝝ reſurrectõ et coruȝ apparitõ. Ma
thei. xxvij. Multa corpa ſanctorum qui dor
mierunt. ſurrexerũt ⁊c̃. et apparuerunt mul
tis. vt oſtenderent vt ſua mors eſſet cauſa
noſtre r̃ſurrectiõis. i. Theſ. iiij. ſi ei credimꝰ
ꝙ Jheſus mortuꝰ ẽ ⁊ reſurrexit ⁊c̃. Spũali
ter. ſic qui modo virtute paſſionis chriſti p
penitentiã d̃ peccatis reſurrexerũt. ſe debent
manifeſtare et apparere in conuerſatione

honeſta inť xpianos nᶜ recidiuare. i. Pe. ij
ꝯuerſatõem vrã inter gentes hñtes bonã
⁊c. Signis nancꝫ iſtis factis ⁊ viſis. multi ex
iudeis ad fidẽ ſunt ꝯuerſi. q̃r vnꝰ centurio
vidẽs illa miracl'a glĩficauit eũ d. Vere fili
us dei erat iſte. Et oĩs turba que aderat ad
ſpectaculũ illud videntes miracula que fie
bant. in ſignũ ꝯpaſſionis ꝑcuſſerẽt pectora
ſua qđ repñtat poſt miſſam. qñ poſt memo
riam dñice paſſionis. tundiť pectus ⁊ diciť
nobis q̃ȝ peccatorib ⁊c. Ant. O cariſſima
dña hũc tẽ dolor filij mi finẽ. rñdit maria.
Audi qđ eſt ſup oẽ lamentabile. quid poſt
accidit. Iudei cũ paſceue eſſet. ne corpora
eoꝝ remanerẽt ſabbato in cruce. rogauerũt
Pylatum vt frangerẽt eoꝝ crura. Venerũt
ergo milites. ⁊ p̃mo fregerũt crura eorum.
qui cũ eo crucifixi erãt. ⁊ forte p̃mo illis vt
poſt diutius ⁊ quietꝰ poſſent morã trahere
cum iheſu et eoꝝ malam voluntatẽ explere
Ad iheſũ ãt cũ ꝑueniſſent. ⁊ vidiſſẽt eũ iã
mortuuȝ. non fregerũt eius crura et hoc p̃fi
gurabať in agno paſcali. qđ comedebatur
ſine fractura oſſium. Iuxta illud Exodi. xij
Os non ꝯminuetis ex eo. Sed vnus mili
tum vicȝ Longinꝰ. lancea aꝑuit latus eius
et tam grande vulnꝰ fecit. q̃ cõtinuo exiuit
ſanguis ⁊ aqua. Et diciť q̃ hic Longinus
cecus erat. ⁊ gutta ſanguis xpi in oculo ta
ctus lumẽ virtute ipſius accepit Exiuit ſan
guis ⁊ aqua ſm Nicolaũ de lyra. Sãguis
ad noſtram redemptõem. Aqua ad pctõꝝ
ablutionẽ. Sciendũ tñ q̃ illa aqua mirabi
liter exiuit. q̃z non erat humor flegmaticus
vt dicũt aliqui. ſed aqua pura. ad oñdẽdũ
q̃ corpus xpi erat ex veris elemẽtis compo
ſitum. ꝯ errorẽ eoꝝ qui dixerunt eũ habere
corpus celeſte. ſic dixit Valentinꝰ ⁊ ſequa
ces ſui. Et eoꝝ qui dixerũt eum hẽre corpus
fantaſticũ ſicut manichei. Poſt hẽc venit ioſeph
ab arimathia oriundꝰ ⁊ rogauit Pylatum
q̃z ei familiaris fuit. cũ eſſet nobil' decurio.
vt diciť Mar. xv. Et ideo ſecutus ipm ro
gauit vt poſſet tollere corpꝰ Iheſu ⁊ ſepeli
re. Hic fuit diſcipulꝰ xpi. fidelr credẽs do
ctrine eius. occultus aũt ꝓpter metũ iudeo
rum. Añ eñi paſſionẽ ex imꝑfectõe timebat
de ſynagoga expelli qđ erat ignominioſum
ſi confiteretur xpm. tamẽ poſt paſſionẽ feruẽ
ter factus exemplo xpi aĩatus mãifeſtauit
ſe volẽs xpm honorifice ⁊ glõſe ſepelire. iu
xta illđ p̃dictũ Iſa. xi. Et erit ſeplcꝝ eiꝰ glo
rioſum. Tũc pylatus q̃ſiuit ſi iã mortuꝰ eẽt
et informatus de oĩb q̃ acciderant. ꝑmiſit
tum ꝓpť reuerentiã petentis. tũ ꝓpter inno
centiã xpi paſſi quã ille cognouerat. Tulit
ergo corpꝰ Ihũ ď cruce. venit etiã Nicode
mus qui venerat ad iheſũ nocte vt ďr iohã
nis. iij. ferens mixturã mirre ⁊ aloes. quaſi
libras centũ ad vngendũ corpꝰ iheſu. q̃ poſ
ſet p̃ſuari a corruptõe. Et licȝ illa fecerit ex
deuotõe. videť tñ q̃ plenam noticiã de re
ſurrectione xpi non hẽret. quia ď eo erat ſcri
ptum in p̃s. Non dabis ſcm̃ tuum videre
corruptiõem. Propter qđ non indigebat
vnctõe ꝯſeruante ꝯ putrefactiõem. Accepe
runt ergo corpꝰ Iheſu ⁊ ligauerũt in linthei
is id ẽ pannis lineis inuoluerũt. ꝓpter qđ ſta
tutũ eſt q̃ corꝑalia ſup q̃ conficiť corpꝰ xpi
non fiant de pãno ſerico ſed tantum lineo.
vt habeť de ꝯſe. di. i. conſulto omniũ. Erat
enim in orto ꝓpe locũ vbi crucifixus eſt ihe
ſus monumẽtum nouũ. In quo nondum
quiſq̃ poſitus fuerat. quod Ioſeph pro ſe
ex petra ſciderat. In qđ poſuerunt iheſum,
et cum adiutorio multoꝝ aduoluerũt lapi
dem magnũ ⁊ ponderoſum ad oſtiũ monu
mẽti. vt de facili nõ poſſet ab aliq̃ amoueri.
Ibi erat maria magđ. ⁊ altera maria aſſiſtẽ
tes vt viderẽt qualr redire poſſent ad vn
gendũ eum. Altera ꝟo die ſcȝ ſabbato
poſt paſceuen venerũt p̃ncipes ſacerdotuȝ et
pharizei ad pylatũ dicentes. Dñe recorda
ti ſumus q̃ ſeductor ille adhuc viuẽs dixit
Poſt tres dies reſurgã. Iube ergo cuſtodi
re ſepulcꝝ in terciũ diem. ne forte veniant
diſcipuli eius ⁊ furenť eum. et dicãt ꝑplo
q̃ ſurrexit a mortuis. ⁊ erit nouiſſimꝰ error
peior p̃ori. Tũc ait illis pylatus habetis
cuſtodiã Ita cuſtodite ſicut ſcitis. q. diceret
Sufficiat vobis q̃ conſenſi in necem eius
de cetero nichil me intromitto. Et illi abeũ
tes munierũt ſepulcꝝ cuȝ militib armatis.
ſignantes lapidẽ ſigillo ne aliquis poſſȝ in
gredi ſine ſcitu eoꝝ. Et ſic vſq̃ ad tercium
diem illeſum ꝑmãſit vſq̃ xpus in nocte re
ſurrectõis dñice ſurrexit. Rogemꝰ deum.

Sabbato in vigilia Paſce.

Et requieuit die ſeptimo ab omni opere quod patrarat. Geneſ. i. Philoſophus .viij. phi. dicit ꝙ omnis actõ ⁊ omne agens hʒ temp⁹ determinatũ. qđ nõ ꝑtranſit. Nã corpa celeſtia ſol luna et oẽs planete ſuos ꝑficiũt curſus certo ſpacio ⁊ tpe determinato. Arbores certis tpibꝫ fructificant. certo tempe quieſcunt. Ideo dicit ſapiens ꝙ oĩa tp⁹ hñt ⁊ ſuis ſpacijs tranſeũt. Eccĩ. iij. Saluator igitur dñs nr̃ ab eterno diſponens mũdũ ꝑditum ꝑ ſingularẽ actõem ⁊ paſſionẽ ſue mortis ſaluare tpe illo q̃ pcm̃ icepit. ſ. ſexta feria. paſſione ſua de peccatis ſatiſfacere voluit. et finẽ dare ſue opationi. vt die ſeptĩo
M requieſcere poſſet. Unde vt dicit. lxxv. di. ꝙ die dñica die dñs incepit facere mũdũ et ſexto die beſtie create ſunt. ⁊ cum beſtijs orta eſt edendi ptãs ⁊ vſus eſcaꝝ. in q̃ etiã edendo ꝑuaricati ſunt. Sic etiãʒ ſexta die opa xp̃i quãtum ad ſalutẽ neceſſaria termĩnata fuerũt. Quare dicit. xxxvi. di. ſexto die vbi homo incepit ſua incremẽta neſcire. ibi inceperunt diuina circa eum opa terminari. Conſũmatis ergo ſex diebꝫ ab omnibꝫ operibus ſeptimo die requieuit. Queritur an chriſtus ſenio moriẽdo naturalr̃ requieuiſſet. ſ. ſi violenter crucifixione occiſus nõ fuiſſet. Et videt̃ ꝙ non. qꝛ q̃nto complexio eſt nobilior. tanto ꝑmanentiõr. ſed ꝯplexio xp̃i fuit nobiliſſima. ideo ſp duraſſet ei⁹ vita Contra ꝓmo celi. Omne corruptibile neceſſitate corrũpit̃. Sed xp̃us erat corruptibilis. ergo. Rñdet dñs bonauẽ. in. iij. ſuper ſnĩarũ. ꝙ hec queſtio aliter ſoluit̃. ſi ꝯſideretur gr̃a vnionis. ⁊ aliter ſi queſtio querat de natura humana in xp̃o ꝑ ſe conſiderata. et ſuis ſolis naturalibus derelicta. Primo mõ loquendo. ſi querit queſtio de xp̃o put eſt ſcđa ꝑſona in trinitate ⁊ ver⁹ deus ⁊ hõ Hoc modo loquẽdo ſi querit q̃ſtio ſi xp̃s ſenio quieuiſſʒ ⁊ mortuus fuiſſet. ſi alꝰ violenter mortu⁹ vel paſſus nõ fuiſſet. dico ꝙ non. qꝛ ꝑſona filij dei in qua hũanitas aſſũpta ꝑdicatur. que omĩa contraria recõcilia uit. et omnia entia in eſſe conſuat. poſſʒ elementa ꝯrĩa reconciliare in chriſto homine. et actõem elemẽtoꝝ ſuſpendere ⁊ ipſam hũanitatem in ſuo eſſe ꝯſuare. ſic ꝙ cõſumptiõ non eſſet. nec calidũ in humidũ ageret. ⁊ ſic ꝑ cõs in xp̃o ſeniũ non appareret. Sic etiã tres pueros in fornace nõ leſit incendium Sic etiam Adam nõ poterat mori ꝑ ligni vite eſum. virtutẽ eñ ligni vite poterat de⁹ humanitati xp̃i impĩmere. Secundo modo loquendi ſi querit q̃ſtio de humanitate xp̃i in ſe ⁊ abſolute cõſiderata. ⁊ vt ꝯſideratur vt verbo non vnita. Et hoc mõ ſi xp̃us violenter crucifix⁹ nõ fuiſſet. tñ ſenio quieuiſſʒ et mortuus fuiſſet. q̃ntum ꝑtinebat ad cõditionẽ hũane nature ĩ ſe ꝯſiderate ſiñ vnione. ſed in ptãte nature vnite fuit. ſic deficere l'ñ ꝯficere. Ex hoc patet. ꝙ natura xp̃i hoĩs mortalis erat. et in eã virtus ꝯtraria elemẽtoꝝ agebat. ⁊ calidũ naturale. hũidũ radicale cõſumebat. que oĩa ad ſeniũ faciũt et defectum naturaliter inducũt. ⁊ ſic intelligitur etiam ꝓpoſitio phi. Ad argumẽtum ꝯ nobilitate ꝯplexionis dico. Quãuis xp̃i complexio fuerit nobiliſſima. qꝛ tñ nõ fuit ſimplicis nature. ſed compoſite ex cõtrarijs elemẽtis. neceſſario defecit ⁊c̃. Querit̃
N vtꝝ in morte xp̃i fuerit aĩa ſepata a deitate ⁊c̃. Reſpondet bonauen. ꝙ aĩma xp̃i in triduo non fuerit ſepata a verbo triplici rõne. Prima ẽ qꝛ deum nõ decebat. qꝛ humanã naturã indiſſolubili matrimonio ꝯiunxerat vnde ſicut non decet viꝝ dimittere vxorem. ſic nec verbũ dei ab anima ſepat̃. Secũda eſt quia nobis nõ expediebat. qꝛ ſi facta fuiſſet ſeparatio. aĩa illa nec hũiſſet potentiã ad genus humanũ eripiendũ ꝯ captiuitate nec mediatricis hũiſſet officium ad reconciliandum. q̃ duo nobis nõ expediuiſſent. ſed nocuiſſent. Tercia qꝛ illi anime non ꝯgruebat. erat eñ innocẽtiſſima ⁊ btiſſima. iõ nõ poterat velle ſepari a verbo quia innocẽtiſſima nõ poterat ꝯ voluntatẽ ſuam ſepari ⁊c̃. Quantũ igit̃ ad continuatõnem litteralẽ heri dictũ eſt quomõ xp̃s acerbiſſimã mortẽ ⁊ paſſionẽ ꝓ nobis tolerauit. hodie quõ morte ſua multos glioſe triũphando tribulatos liberauit. et ſm̃ hoc ſunt tres partes. In ꝓma tractat̃ ꝯ victoria triumphi generalis. ibi. Et requieuit